

20. - 727, ottobre. *Gli imperatori Leone e Costantino per la chiesa gradense.*

FONTI: Cod. marc. lat. XIV, 74, c. 215 v. sg.; 77, c. 88.

EDIZ.: Besta, *Un sigillo inedito di Leone l' Isaurico*, in « Scritti giuridici in onore di Carlo Fadda », Napoli, 1906, vol. IV, 269 sg.

Leo et Constantinus augusti imperatores. Ecclesiarum terminus et canonicorum traditiones nostra imperialis maiestas dignissimos sacerdotales viros, quos cognoverint virtute prudentiae imbutos, plures atque scientes ac deferentes in sacerdotii culmine trono precellentie imperaret. Pro qua notum sit omnibus presulis dignitate seu reliquis mundanis officiis, iuribus predictis, nullatenus in consecratione episcoporum se ipsos immittere presumat, ut nemo in eis quispiam cupiente pro divitiis sacerdotum alienati indigne se ad sacrum ordine preferant, et ex hoc non solum sua ignorantia orthodoxiae periculus egrediatur sermo, sed potius omnium ecclesiarum constitutioni culpabilis sit. Sed enim episcoporum eminentia secundum apostolicam traditionem indefessa spiritualitate agatur. Unde iubemus ut a modo octubrio mense, presente undecima indictione, et in caeteris per omnia perpetualibus annis, post decessum seu obitum fortunatissimi archiepiscopi Gradensis preferre quempiam de omnibus exseculares viros, in tali officio nullatenus se ipsos immittere, nisi se solummodo ecclesiasticos et canonicos viros. Roboramus videlicet episcopos, abates et presules ecclesiae atque sacerdotes seu et per omnem Venetiarum provinciam electionem facientes et sanctitatis virum eligens et hunc consedere pastorem et principem rationabili ovilem Christi vero Deo nostro; porro vitalis cum timore Dei et reverantia presit, domini nostri Ihesu Christi populum preferat, in loco pascue spiritualiter dicimus divine scripture refertionis et super aquas colocationis. Et, ut hec iuste a nostra lege statuta imperialem iussionem in omnem a Deo conservata Venetiarum provinciam, ut lex ad transgressa posita traditio in generatio-